Q est prima [illegible] ex [illegible]
& [illegible] sequitur [illegible]

[illegible] versus secundus **Miserere mei: & exaudi orationem meam** (in margine:) Quis ordo quaeso huius versus ad primum. Qui paulo ante dilatatus mox miseriam [illegible] [illegible]. Sed dixi quod dilatatio non diu durat sed vicissitudo est in hac vita. Ac simul in multam & utilissimam doctrinam talis ordo texitur. Primo quidem ne ex dilatatione iam velut certus sit. & torpeat: quae est pessima tentatio. Quia ubi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonus ait Bern. hoc est ergo quod Apostolus Ego fratres arbitror me apprehendisse. sed quae post me sunt obliviscens, ad anteriora extendo meipsum. Qui enim iustus est, iustificetur adhuc. Et qui stat, videat (sibi sit solicitus) ne cadat. Et iterum. Homo cum consummaverit tunc incipiet. Qui enim putat se scire nescit quomodo oporteat eum scire. Sic scilicet qui se putat apprehendisse nescit quomodo oporteat eum apprehendere. Modus autem non est nisi iste qui hic ponitur. Sed semper revertere ad principium. & a novo semper incipe. secundum Monita apostoli & huius psalmi. Quia semper relinquitur quod nescias ergo semper es in motu & initio. Sic ergo nunc dicit Miserere mei. Misertum se vocat qui primus iustum & receptum dixerat. Quare quia ibi de acceptis loquitur hic de accipiendis. Quia enim dei accepta ut dixi est iustitia. Accipienda autem est misericordia, quia miserum qui nunc est iustificat. Quia ergo hic accipiendam petit nondum acceptam ideo misericordiam nominat. Et hoc est conditio iustorum, ut iustitiam esuriant & sitiant magis ac magis. ideo semper iustificantur. Sed petunt misereri sui iustitiam agnoscunt acceptam prius. Qui enim saturi sunt & pleni iustitia non petunt misereri sibi. Et non sunt tales nisi hypocritae & pharisaei [illegible]. Oritur autem ista petitio ex fiducia praeteritorum beneficiorum sicut dixi ex quibus memoria sua accenderat. Et sic iste versus similiter exponi de duplicibus bonis sed in prosperitate & adversitate. ut Miserere mei (et iustifica me adhuc magis, fiat misericordia tua iustitia mea. ut iterum parior sim ad futura mala. Et exaudi tunc orationem meam. cum distrer in tribus meis. Et diligenter Nota quod huius psalmi finis non est in dilatatione. ut ostenderet non stare finem in hac vita esse. Sed semper & usque ad mortem misericordiam petere & orare. alioquin videretur re [illegible] [illegible] processum & [illegible], ut adepta consolatione & dilatatione quiescerent [illegible]. [illegible] in ultimo quod hic posset attingi. ideo additus est iste versus ut finis est oratio & non dilatatio. Si itaque istos duos versus recte inspicimus. Non solum nobis [illegible] optimus modus laudandi deum sed et vivendi & orandi tota ratio hic comprehensa est. Unde iam benigno Zelo & dolore considerans temporum ignorantiam in hac doctrinae veritate, iuste eos arguit & invadit ut [illegible] & ipsos hoc suo invitatorio [illegible] ad sanam sententiam hortatur [illegible] a qua eos quam maxime videt distare dicens

Filii hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem: & quaeritis mendacium. Quae loquuntur ad literam de iudaeis tempore christi & allegorice de omnibus qui imitatores sunt eorum. Alios. Credo certe quod cum david sic ex recordatione beneficiorum dei & Christi Magistro acceperit. Et ideo videt tunc in spiritu positus istos filios hominum. & volens eos [illegible] venire ac ad christum obviam monere. arguit eorum duritiam, vanitatem & mendacium